Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 19. Quanta sit obligatio ad Missas, quas Episcopus in Ordinatione injungit Presbyteris; & quando hi primam Missam legere teneantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

Visual Library

§. 4. Votum Miſſæ tum tantùm eſt perſonale & impleri debet à vovente ipſo, quando promittitur propria actio voventis, utì ſi voveat ex motivo, ut ipſemet colat Deum, ſi autem voverit ex alio fine, qui per quodcunque Sacrificium obtineri poteſt, erit votum reale, licèt promiſerit ſe celebraturum, & poterit impleri per alium. Quòd ſi nequeat ſe reflectere, an cogitârit de propria actione, cenſeri debet votum perſonale, quia ſi celebrationi non ſit appoſitus finis extrinſecus, votum ſiſtit in actione propria, *Paſq.* q. 872. 165.

§. 5. Poteſt per unam eandemque Miſſam ſatisfieri, imprimis voto & promiſſioni, ſi promittens reſpexit ad fructum; nam ratione voti non debetur fructus; non tamen poterit, ſi petita ſit Miſſa pro gratiarum actione vel cultu divino. Deinde duplici voto, ſi unum illorum reſpiciat tantùm Dei cultum, alterum tantùm fructum, utì ſemper eſt, quando vovetur pro animabus: Unde ſi tertio voviſſem Miſſam ratione tantùm impetrationis alicujus beneficii, imò & quarto pro impetranda remiſſione peccatorum, putat *Paſq.* q. 875. me per unam & eandem Miſſam quatuor votis ſatisfacturum: dicitque hoc valere, ſive vota ab uno, ſive à pluribus ſint emiſſa: ſed notanda ſunt dicta l. 3. p. 2. n. 775., & ſpectanda eſt intentio voventis. Hoc certum eſt, ſi utrumque votum eundem finem reſpiciat, non ſatisfieri utrique per unam Miſſam. 166.

Q. 19. Quanta ſit obligatio ad Miſſas, quas Epiſcopus in ordinatione injungit Presbyteris, & quando hi primam Miſſam legere teneantur. ℞. Utrumque reſolvetur, quando de Sacramento Ordinis. 167.